

delegandi quemcunque confessarium approbatum pro ipsius absolute: sacr. congregat. Immunit. 29 Julii 1673, lib. 1, decret. Altovit., pag. 824. (93. Vicarius S. Officii ob extractionem factam a loco immuni in personam sacerdotis, ob prætersam celebrationem duarum missarum, censetur incurrisse, et datur facultas ipsum absolventi: sacr. congreg. Immunit. in Auximana 19 Novembr. 1680, lib. II decret. Altov., pag. 2088. (94. Ministri inquisitoris S. Officii qui de ejus mandato, in causa homicidii P. vicarii inquisitionis patrati a quodam religioso, fecerunt recognitionem cadaveris in loco immuni, et deinde extraxerunt dictum homicidam a conventu suæ religionis, et ad carceres S. Officii adduxerunt, ex utroque capite censuras contraxerunt: sacr. congregat. Immunit. in Cremonen. 1 Aprilis 1704, lib. III decret. Vallew., pag. 369.

(95. Sacræ inquisitionis Officium procedere debet juxta suas facultates et stylum contra confessarios exquirentes a pœnitentibus complicum nomina, si suspecti sint de pravo dogmate: Bened. XIV, tom. II, constit. 8, incip. *Ubi primum*. Vide etiam in nostro II tomo verb. *Complex*: ubi affertur dicta pontificia dispositio.

(96. Affertur decretum sanctæ universalis Inquisitionis super perpetua inhabitatione sacerdotum ad turpia sollicitantium, vel sacrificio missæ abulentium ad sortilegia.

Feria v, die 5 Augusti 1743.

In generali congregatione sanctæ Romanæ et universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico Quirinali, coram sanctissimo domino nostro Benedicto divina Providentia Papa XIV, et eminentiss., ac reverendiss. DD. S. R. E. cardinalibus adversus hæreticam pravitatem inquisitoribus generalibus a Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Sanctissimus Dominus Noster sollicite animadvertens quam grave sit delictum illorum perditorum hominum qui sacrosancto missæ sacrificio ac salutaris pœnitentiæ sacramento, ad animarum reparationem a Christo Domino institutis, in illarum perniciem et damnationem abutuntur, decrevit quod in posterum sacerdotes tam sæculares quam regulares cujuscunque ordinis, instituti, congregationis, et societatis, etiam de necessitate exprimendæ, vel in actu sacramentalis confessionis, sive illius occasione aut prætextu ad turpia sollicitantes, vel sacrificio missæ abutentes ad sortilegia, præter pœnas a jure, et apostolicis constitutionibus, ac signanter san. me. Sixti V et Gregorii XV, contra eosdem inflictas, perpetuam etiam inhabitationem incurrant ad præfati sacrificii celebrationem, quodque ejusmodi decretum significetur singulis cujuscunque ordinis superioribus ac præprepositis ad hoc, ut de illo sicuti, et de dictis, aliisque Summorum Pontificum constitutionibus, juxta præscriptum in generali decreto supremæ Inquisitionis die 13 Decembris 1633, semel saltem in anno

feria sexta post octav. Assumptionis beatæ Mariæ Virginis, in publica mensa, vel in capitulo, ad hoc specialiter convocato; ac insuper in quocunque generali vel provinciali capitulo, vel alio quovis nomine nuncupato capitulari congressu, suos subditos ac religiosos commonendos curent, ejusdemque commonitionis coram suprema congregatione juratum testimonium exhibeant.

Paulus Antonius Cappellanus, S. Romanæ et universalis Inquisitionis notarius.

(97. Quoad extractionem reorum ad sacræ Inquisitionis officium spectantium a locis immunibus ad quæ forte confugerint vide novissimam constitutionem Bened. XIV, quam ad litteram attulimus supra, verb. *Immunitas*, art. 2, n. 138.

(98. Hic lubet adjicere decreta duo S. Romanæ et universalis Inquisitionis, recens edita, tenoris ut sequitur:

Noi fra Alessandro Pio Sauli da Forlì dell'ordine de' Predicatori, Maestro di sagra teologia, commissario generale della S. Romana ed universale Inquisizione.

Avendo Anna Appollonia Manfredi da Perizzano zitella di anni 30, con studiosa invenzione procurato di essere tenuta in concetto di Santa, con aver vantato visioni, apparizioni di angeli, della santissima Vergine, e di Gesù Cristo, Stimmate, ed altre cose credute prodigiose, e grazie particolari di Dio. E costando dagli Atti fabbricati sopra le cose predette, e dalla di lei confessione giuridicamente fatta in questo Santo Officio dopo la di lei riduzione alle carceri del medesimo, essere stati inganni, iattanze, falsità, e finzioni rispettivamente le asserite di lei visioni, apparizioni di angeli, della santissima Vergine, e di Gesù Cristo, Stimmate, ed altre cose come sopra credute prodigiose, e grazie particolari di Dio.

Per tanto in esecuzione del Decreto della sagra congregazione del Santo Officio, a fine che il pubblico resti disingannato, e per togliere dalle menti di ognuno qualunque falsa credenza della Santità della medesima.

Notifichiamo, e dichiariamo, che la santità della suddetta Anna Appollonia Manfredi è stata affettata, e finta, e le cose predette sono state rispettivamente false, e supposte; e perciò la medesima è stata condannata dal S. Officio alla carcere.

Niuno pertanto ardisca in avvenire di asserire, o tenere la suddetta Anna Appollonia Manfredi come santa per le cose suddette, sotto pena ad arbitrio degli eminentissimi e reverendissimi signori cardinali generali inquisitori.

Dato dal palazzo del medesimo S. Officio questo di 21 luglio 1746.

F. ALESSANDRO PIO SAULI
COMMISSARIO GENERALE DEL S. OFFICIO.

Paolo Antonio Cappellone Notaro.

Die 23 Julii 1726, supradicta notificatio affixa et publicata fuit ad valvas basilicæ Principis apostolorum, palatii Sancti Officii, ac aliis locis solitis et consuetis Urbis, per

me Petrum Remolatum sanctissimæ Inquisitionis cursorem.

DECRETUM,

Feria v, die 23 Novembris 1747.

(99. In congregatione generali S. Romanæ et universalis Inquisitionis habita in palatio apostolico Quirinali, coram sanctissimo domino nostro Benedicto divina Providentia PP. XIV, ac eminentissimis et reverendissimis DD. sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus, in tota republica Christiana contra hæreticam pravitatem generalibus inquisitoribus a sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Proposita causa contra sororem Angelam Franciscam Zappata, monialem professam monasterii S. Claræ, Cherii, et ad præsens degentem in monasterio S. Agnetis civitat. Astæ Pompeiæ, inquisitam ob affectatam sanctitatem, SS. D. Noster, auditis votis supradictorum eminentissimorum et Reverendissimorum DD. cardinalium generalium inquisitorum, decrevit quod dicta soror Angela Francisca detineatur in eodem monasterio S. Agnetis, in quo nunc degit, ipsique fiat præceptum de non accedendo ad cratas, januas, et locutoria monasterii, et de non scribendo epistolas absque superiorissæ licentia, sub pœna, in casu contraventionis in unoquoque ex dictis capitibus, carceris formalis in eodem monasterio ad annum pro qualibet vice; quod diebus Veneris jejunet in pane et aqua per quinquennium, et in sabbatis recitet rosarium integrum beatæ Virginis, usquequo vixerit: insuper quod deputetur ei doctus et prudens confessarius, qui eam instruat et dirigat, nec sine ejus licentia accedat ad sacram synaxim.

Quod præpositus denique Podaverini Carolus Canonica, canonicus Franciscus Cuggia, et sacerdos Gaspar Antonius Bosco, directores olim præfate monialis, acriter moneantur. Tandem, quod hujusmodi decretum publicetur.

Supradictum pontificium decretum a suprema ac sacra congregatione eminentissimorum et reverendissimorum dominorum S. R. E. cardinalium inquisitorum generalium, sub die 2 currentis mensis Decembris, nobis transmissum, ut juxta mentem san-

INSIGNIA.

SUMMARIUM.

1. Insignia concedere canonicis ecclesiæ cathedralis, aut collegiatae, vel concessa mutare non potest episcopus inconsulta Sede Apostolica.—2. Nec etiam de novo concedere almutiam.—3. Nec cappam sine privilegio, et expressa licentia Sedis Apostolicæ.—4. Nec licet novum habitum sive signum a canonicis ecclesiæ cathedralis, seu collegiatae absque Sedis Apostolicæ auctoritate assumi.—5. Insignia deferendi facultas quomodo sit petenda a Papa.—6. Talis facultas deferendi insignia regulariter non conceditur, nisi ex voto sacræ congregationis.—7. Insignium concessio extra casum novæ erectionis ecclesiæ rationabilem causam requirit.—8. Inter alias causas insignia concedendi est divini cultus augmentum, quod est maxime attendendum.—9. Quamvis incongruum sit quod nobiliora insignia con-

FERRAR. IV.

ctissimi domini nostri divina providentia PP. Bened. XIV, publicaretur; ordinamus ipsum typis mandari, et sic impressum publice exhiberi. In quorum, etc.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(100. De origine et progressu inquisitorum vide, si lubet, Van-Espen part. I Jur. Eccles. Univers., tit. 2, c. 3, et rursus part. III, tit. 4, c. 2, et Limbroch. in Historia Inquisitionis, lib. I, per tot.

(101. Jurisdictionem inquisitorum a principio fuisse delegatam, et deinde ad ordinariam accessisse, tradit Petra in Comment. ad Const. Apost. Constit. 16 Innocentii IV, num. 29.

(102. Eam non privativam, sed cumulativam esse, concors est omnium sententia; nam possunt et hodie episcopi procedere in causis fidei. (103. In Hispania vero habere inquisitores privativam jurisdictionem tenent Sanctarell. de hæres. cap. 40, dub. 2, num. 15, Carena de Offic. Sacræ Inquisitionis part. I, tit. 4, § 3, num. 2.

(104. Non aliter tamen episcopus de jure procedere valet in causis fidei quam cum sui capituli consilio, cap. ad abolenda de Hæreticis. (105. Cæterum consuetudine obtinuit ut procedat inconsulto capitulo; Passerin. in cap. *Per hoc*, num. 18, de Hæretic. in 6, Farinac. de Hæres., qu. 186, num. 14.

(106. An et prælati pollentes quasi episcopali jurisdictione procedere valeant in causis fidei, quæstionis est. Affirmant autem Passerin. in cit. cap. *Per hoc*, num. 8, de Hæretic. in 6; Carena de Offic. S. Inquisitionis, p. 1, tit. 6, § 4, num. 14.

(107. Nota vero quod prælati regulares, tametsi habeant eandem quasi episcopalem jurisdictionem, procedere haud possunt in causis fidei contra subditos regulares, ex prohibitione constitutionis Pauli V, quæ incip. *Romanus Pontifex*, ut monent Bordon. in Tribunal. cap. 27, num. 1; Salell. lib. I, cap. 3, Regul. 24, num. 42. (108. Fallitur vero hic auctor dum ait quod prælati regulares habentes quasi episcopalem jurisdictionem procedere nec possint in causis fidei contra subditos sæculares, ut observat card. Petra in comment. ad Constitut. Apostol. Constit. 16 Innocentii IV, num. 20.

cedantur collegiatae quam cathedrali;—10. tamen quandoque insignia nobiliora collegiatae, quam cathedrali conceduntur.—11. Per concessionem cappæ intelligitur concessio etiam usus rocchetti.—12. Cappa est antiquior habitus choralis, et proprius canonicorum.—13. Pro expensis faciendis, aut factis a canonicis pro obtinendo indulto deferendi cappam et rochetum, non possunt alienari bona capituli seu ecclesiæ.—14. Capitulum tenetur exhibere cappas canonicis stante consuetudine, etiam absque solutione.—15. Insignia canonicorum cathedralis et canonicorum collegiatae non conceduntur uniformia, sed diversa.—16. Cappæ et rocchetti usus a instar beneficiarum S. Petri de Urbe, conceditur beneficiatis de massa ecclesiæ cathedralis Urbevetae.—17. Cappæ deferendi privilegium concessum canonicis et capitulo Ferrariensi an

comprehendat capellanos Ferrarienses? — 18. Insignia archiepiscopali non debent apponi in valvis ecclesie, cum in festiuitatibus ornantur, nisi sit consuetudo immemorabilis. — 19. Insignia nova præter solitum in processionibus deferre non licet. — 20. Capitulum non potest de novo addere suis insigniis, sive armis mitram, et baculum, seu pastoralem. — 21. Cappa seu insigniis propriis debent uti canonici in divinis officiis, alias punctori debent, et distributiones amittunt. — 22. Cappa est deferenda in processionibus. — 23. Item deferenda est in synodo diocesana. — 24. Item adhibenda est in conventibus diocesanis, sicut et insignia alia quibus quis in ecclesia sua uti potest. — 25. Item deferenda est a parochis urbanis, non in alienis ecclesiis, sed in suis solum, ac præterea foris cum aliquo ecclesiasticæ functionis munus collegiatim cum suo clero obeunt. A diocesanis item in suis, non in alienis plebibus. — 26. Canonici et præbendi

(1. Insignia concedere canonicis ecclesie cathedralis aut collegiatæ vel concessa mutare non potest episcopus, inconsulta Sede Apostolica: sacra congreg. Rit. in Hydruntina 1 Septemb. 1612. (2. Nec etiam de novo concedere almutiam: ead. sac. Rit. congreg. in Camerinen. 25 Januarii 1602, et in Placentina 16 Januar. 1620. (3. Nec cappam sine privilegio et expressa licentia Sedis Apostolicæ: ead. sac. congreg. Rit. in Elven., 10 Januar. 1604; apud Barbosam de Canonicis, c. 2, num. 27. (4. Non enim licet novum habitum sive signum a canonicis cathedralis seu collegiatæ ecclesie absque Sedis Apostolicæ auctoritate assumi: sac. congreg. Concil. in Taurinensi 21 Jun. 1641, et in Tarvisina 8 Februar. 1639; apud Pittonum, Constit. et decis. ad Canonicos, num. 694; et patet in omnibus concessionibus factis a Sede Apostolica diversis cathedralibus et collegiatis.

(3. Insignia deferendi facultas quomodo sit petenda a Papa, tradit Corrad. in praxi Benefic., lib. II, cap. 14, ad num. 7. Vide ipsum. (6. Talis facultas deferendi insignia regulariter non conceditur, nisi ex voto sacre congregat. Rit., ut observat Corrad. loc. cit., num. 24. (7. Insignium concessio extra casum novæ erectionis ecclesie rationabilem causam requirit. Corrad. loc. cit., num. 29, id colligens ex formulis traditis pro petendis a Sede Apostolica ipsis insignibus. (8. Et inter alias causas insignia concedendi est divini cultus augmentum, quod est maxime attendendum, ut dicitur in una Civitaten. constructionis cappellæ penes Seraphin.: decis. 586, num. 3; ex Butrio in cap. *Cum olim*, num. 15, de Consuetudine, et in cap. *Ad audientiam* 2, de Eccles. edificand., notat. Corrad. loc. cit., num. 19.

(9. Quamvis incongruum sit quod nobiliora insignia concedantur collegiatæ quam cathedrali, ut resolvit sac. Rit. congregat. in Trojana Indulti Cappæ Canonicalis 10 Septemb. 1705, ad relationem emin. card. Colaredi apud Piton. discept. Eccles., discept. 49, n. 3, et advertit Corrad. loc. cit., sub num. 15, vers. *Sane*, cum incongruum sit quod collegiatæ nobiliori habitu suam cathedralem antecellat, ex quo majoritas habitus majoritatem personæ designet,

dati non possunt deferre cappam seu almutias, cum uti singuli invitantur ad associandum funera, sed deferre tantum possunt in casibus quando incedunt collegiatim una cum capitulo. — 27. Præbendati possunt solum deferre almutias in iis casibus, quando incedunt collegiatim cum capitulo. — 28. Canonici cathedralis et collegiatæ non possunt uti cappa et rocchetto in alienis ecclesiis, neque pro habendis concionibus, aut administrandis sacramentis. — 29. Canonici pluviali, planeta, aut tunicella induti nequeunt deferre almutias: canonico vero defuncto etiam sacris vestibus induto imponi potest almutia super brachium. — 30. Cappa et rocchetto, aliaque insignia canonice non denotant jurisdictionem. — 31. Prælati episcopis inferiores nequeunt uti suis insigniis extra ecclesias sibi subjectas. — 32. Concessio usus redimiculi galeri abbreviatoribus de parco. — 33. Subnectuntur additiones ex aliena manu ad n. 38.

juxta Text. in cap. *ut Apostolica*, de privil. in 6;

(10. Tamen quandoque insignia nobiliora collegiatæ quam cathedrali conceduntur, et præsertim si in limine erectionis collegiatæ aliquis laicus suis bonis eam dotando exposcat hæc insignia nobiliora: nam tunc Summus Pontifex deferre solet desiderio et petitioni dotantis, quia ita et non aliter voluit ecclesiam dotare, eamque erigi facere in Collegiatam, ut fuit dictum in una Milevitana Erectionis Collegiatæ, penes Rub. decis. 258, tom. II, in qua præsertim, n. 23, subditur quod etiam si Papa scrivisset canonicos cathedralis cappis non decorari, nihilominus illas concessisset collegiatæ, ne dotans retraheretur ab erectione, cum magis præponderet ratio augmenti cultus divini quod sequitur per erectionem, quam ratio præjudicii quod inferri potest canonicis cathedralis circa diminutionem honoris seu decoris, ut per Seraphin. decis. 847, num. 3; Carill. decis. 76, num. 12 et sequent.; Corrad. loc. cit., num. 16; Piton. loc. cit., num. 4. Et patet exemplo ecclesie collegiatæ oppidi Summæ, diocesis Nolanæ, cujus canonicis fuit concessus usus cappæ magnæ, non obstante quod canonici cathedralis Nolanæ eum non haberent: apud Pignatell. tom. VI, cons. 59, num. 8, vers. *Quod prædictæ*; et Piton. loc. cit., num. 6.

(11. Per concessionem cappæ intelligitur concessus etiam usus rocchetti: Ceccoper. Lucubrat. Canonic. lib. I, num. 91; Carolus Dufresne in verb. *Cappæ Chorales*; Macr. in suo Hierotexico eod. verb. *Cappæ*; Piton. loc. cit., num. 1, et alii. (12. Cappa est antiquior habitus choralis, ac proprius canonicorum: Ughell. in Italia Sacra, tom. III, pag. 634; Ceccoper. loc. cit., n. 91, et alii.

(13. Pro expensis faciendis aut factis a canonicis pro obtinendo indulto deferendi cappam et rocchetto non possunt alienari bona capituli seu ecclesie: sacra congregat. Conc. in Praten. Beneplaciti 7 Jul. 1696; apud card. Petram tom. I, Comment. in Constit. 1 Divi Leonis Magni, sect. 4, num. 148 et in una Montis Regalis in causa insignis Collegiatæ Civitatis Cunei, sub die 19 Maii 1708, apud eundem card. Petr. tom. III,

Comment. in Constitut. 7 Innoc. IV, sect. 2, num. 53.

(14. Capitulum tenetur exhibere cappas canonicis, stante consuetudine, etiam absque solutione: Rota in Gerunden. Capparum, cor. Pio 17 Jan. 1698; apud Antonell. tract. de iuribus et oneribus Clericor., lib. II, dec. 41, num. 20; Card. de Luca, de Canonicis et Dignitatib., disc. 3, num. 3 et seqq.; Rota dec. 542, n. 4 et seq. dec. 545, n. 1 et seq. cor. Ric. in recent. par. XI, dec. 380, per tot.

(15. Insignia canonicorum cathedralis et canonicorum collegiarum non conceduntur uniformia, sed diversa: sac. cong. Rit. in Laud. 19 Maii 1602, et in Mediolanen. 23 Jun. 1608; Piton. loc. cit., n. 5, ubi ex aliis dicit sufficere diversitatem in colore et in circumstantiis.

(16. Cappæ et rocchetti usus ad insar beneficiorum Sancti Petri de Urbe conceditur beneficiatis de massa ecclesie cathedralis Urbevitanæ: sac. congreg. Rit. in Urbevitanæ 13 Januar. 1611.

(17. Cappas deferendi privilegium concessum canonicis et capitulo Ferrariensi non comprehendit capellanos Ferrarienses: sac. Rit. congreg. 12 Novembr. 1695. Sed postea sub die 18 Januar. 1606, fuit dictum illis esse concedendum usum capparum juxta formam litterarum apostolicarum, non obstante supradicto decreto a canonicis contra ipsos capellanos obtento. Sic refert Barb. in Summa Apostolic. verb. *Cappæ*, num. 10; Aldanus in Compend. Canonic. resol., lib. III, tit. 19, num. 51.

(18. Insignia archiepiscopali non debent apponi in valvis ecclesie, cum in festiuitatibus ornantur, nisi sit consuetudo immemorabilis: sac. Rit. congreg. in Perusina 23 Maii 1602, apud Barbosam loc. cit., verb. *Insignia*, num. 2.

(19. Insignia nova præter solitum in processionibus deferre non licet: sac. Rit. congreg. in Andrien. 21 Augusti 1604.

(20. Capitulum non potest de novo addere suis insigniis, sive armis mitram, et baculum, seu pastoralem: sac. congreg. Episcopor. et Regular. in Firmana 20 Novembr. 1611, apud Pittonum Constit. et dec. pro Canonicis, n. 254.

(21. Cappa seu insigniis propriis debent uti canonici in divinis officiis; alias punctari debent, et distributiones amittunt: sacra Rit. congreg. in Lunen. Sarzanen. 3 Mart. 1633; Acta Eccles. Mediolanens. part. I. Concil. Provincial. IV tit. Quæ pertinent ad SS. Missæ Sacrificium et divina Officia.

(22. Cappa est deferenda in processionibus: Act. Eccles. Mediolanens., part. IV; Instructiones variæ tit. *Avvertenze per le Processioni Generali*. (23. Item deferenda est in synodo diocesana: Act. Eccles. Mediolanens., part. I. Concil. Provinc. V, tit. *Quæ ad Synodum attinent*. (24. Item adhibenda est in conventibus diocesanis, sicuti et insignia alia quibus quis in ecclesia sua uti potest: Acta Eccles. Mediolanens. 4, Instruct. Congreg. Dioces. tit. *De Vestitu ad conventum deferendo*. (25. Item deferenda

est a parochis urbanis, non in alienis ecclesiis, sed in suis solum, ac præterea foris, cum aliquod ecclesiasticæ functionis munus collegiatim cum suo clero obeunt. A diocesanis item in suis, non in alienis plebibus: Acta Eccles. Mediolanens., part. II, Synod. Diocesan. IV, decret. 19, et part. II, Synod. Diocesan. XII, tit. *Monita executionis Decretorum quæ ad Parochos pertinent*.

(26. Canonici et præbendati non possunt deferre cappam seu almutias, cum uti singuli invitantur ad associandum funera, sed deferre tantum possunt in casibus quando incedunt collegiatim una cum capitulo: sacra cong. Episcopor. et Regular. in Placentina Funerum 2 Maii 1639; apud Pitton. Constitut. et Decis. pro Canonicis, num. 695.

(27. Præbendati possunt solum deferre almutias in iis casibus quando incedunt collegiatim cum capitulo; sacra congregat. Episcopor. et Regular. 10 Novem. 1662, apud Pignatell. tom. III, consult. 51, n. 4.

(28. Canonici cathedralis et collegiatæ nequeunt uti cappa et rocchetto in alienis ecclesiis: sic expresse sacra Rit. cong. in Capuana 20 Maii 1651, apud Pignatell. tom. IV, consult. 185, n. 15, ibi: « Capitulum et canonici cathedralis habentes usum cappæ et rocchetti tam in suis quam in aliis quibuslibet ecclesiis in functionibus et divinis officiis, supplicaverunt congregationi sacrorum Rituum declarari se illis uti posse in aliis ecclesiis, dum conciones habent; vel ab eis penitentia vel baptismi Sacramentum administratur, et in aliis similibus functionibus. Eminentissimi vero Patres responderunt id eis non licere nisi in propria ecclesia. » Vide Pignatell. l. c., n. 15, et tom. II, consult. 33, per tot. ibi: idem resolvit de casu mitræ.

(29. Canonici pluviali, planeta, dalmatica, vel tunicella induti non possunt deferre almutias. Canonico vero defuncto, etiam sacris vestibus induto, imponi potest almutia super brachium: sacra Rituum cong. 4 August. 1663; apud Pittonum Constitut. et Decision. pro Canonicis n. 721.

(30. Cappa et rocchetto, aliaque insignia canonice non denotant jurisdictionem, sed solum perfectionem, gravitatem, et ornamentum personarum. Ceccoper. Lucubrat. Canonic. lib. I, num. 93; Franciscus Maria Pitonius, advocatus Romanus, deinde episcopus I Meriæ, et auditor Benedicti XIII, in cit. discept. 49, n. 9, ubi sic expresse subdit: « Et ideo habitus potest deferri nedum in Ecclesia, sed etiam extra in processionibus aliisque functionibus ecclesiasticis cum sit privilegium personale, quod non circumscribitur loco, ut resolvit sac. Rit. congregat. 19 Aug. 1634, et testatur Ceccoper., ubi proxime, num. 92 et 93, ibi: « Antedicta insignia Canonice impertita possunt ab eisdem deferri in functionibus ecclesiasticis, etiam extra diocesim, etc., ut deducitur ex decreto sac. Rit. Congregat. die 19 Augusti 1634. Ratio est quia privilegium est perso-

nale, quod persona secum ubicunque defert, nec restringitur in loco. »

(31. Prælati episcopis inferiores nequeunt nisi suis insigniis extra ecclesias sibi subjectas : sacra congregat. Rit. coram Alexandro VII, 27 Sept. 1659, in decreto generali, § 8, Vide verb. *Abbas*, in fine.

(32. Abreviatoribus de Parco majori conceditur usus redimiculi galeri vulgo *Cordone*, coloris violacei, etiam dimisso officio : Benedictus XIV tom. I, constit. 3. incip. *Maximo*.

ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(33. Episcopum nec majora nec minora insignia concedere posse canonicis, præter allegatos ab auctore, respondit Rota in Thelesina delationis Insignium 4 Jun. 1736, coram eminentiss. Crescentio.

(34. Dubitatum vero fuit an episcopus, accedente consensu capituli ecclesiæ cathedralis, insignia concedere queat canonicis ecclesiæ collegiatæ. (35. Ratio dubitandi inde oriebatur quod prohibitio fundata videbatur in præjudicio capituli ecclesiæ cathedralis, adeoque, consentiente capitulo ecclesiæ cathedralis, cessabat prohibitio.

(36. At contrarium fuit decisum a Rota in d. Thelesina delationis insignium 4 Jun. 1736, coram eminentissimo Crescentio, ex ratione illa quod (37. nequit episcopus concedere insignia, non ex præjudicio capituli ecclesiæ cathedralis, sed ex reservatione hujus concessionis facta a S. Sede.

(38. Non omittendum vero quod insignia minora posse ab episcopo concedi sensit sacra congregatio in Sorana 14 April. 1725.

ADDITIONES CASINENSES.

Recte monet auctor ex S. Rituum congregat. oraculo, insignia cathedralis et collegiatæ

INSIGNIS, INSIGNITAS.

SUMMARIUM.

1. Ecclesia collegiatæ potest esse insignis dupliciter, scilicet, vel de jure, vel ex privilegio. — 2. Quæ sit collegiatæ insignis de jure. — 3. Quæ sit collegiatæ insignis ex privilegio. — 4. Non omnis collegiatæ est insignis, sed alia insignis, et alia non insignis. — 5. Quæ dicatur collegiatæ insignis. — 6. Quæ dicatur collegiatæ non insignis. — 7. Insignitas collegiatæ resultat etiam ex provisionibus apostolicis de prima dignitate cum onere assumendi gradum magisterii vel doctoratus in jure canonico intra annum. — 8. Item insignitas collegiatæ probatur ex relationibus episcoporum. — 9. Collegiatæ non insignis a sua erectione potest progressu temporis declarari insignis. — 10. Qui locus sit et debeat reputari insignis. — 11. Canonici collegiatæ insignis tenentur ad diurnam officiaturam in choro, quacunque consuetudine non obstante. — 12. Canonici autem collegiatæ non insignis, quamvis regulariter teneantur ad assiduum chori servitium, tamen ex triplici limitatione ab eo absolventur : et assignantur tales limitationes. — 13. Et sufficit, si dictæ limitationes concurrant alterna-

(1. Ecclesia collegiatæ potest esse insignis dupliciter, scilicet, vel de jure, vel ex privilegio : *Communis*. (2. Collegiatæ insignis de jure dicitur illa quæ habet requisita descripta et enumerata communiter a doctoribus, nempe si sit matrix in loco, præcedatque aliis in publicis functionibus, sit antiqua et

tæ canonicorum diversa esse debere, saltem quoad colorem et quid hujusmodi; quippe debet adesse distinctio inter canonicos cathedralis et Collegiatæ, tanquam inter majores et minores. Porro hoc procedit si cathedralis et collegiatæ sint in eodem loco; at si inter se distent, et per quemdam tractum milliarium cathedralis a loco collegiatæ sit remota, eadem insignia concedi posse recte censet Pitonius discept. Eccles. 43, n. 6. Siquidem « tali casu cessat indecentia et incongruentia ob distantiam utriusque Cleri, ac etiam ex eo quod ubi simul conveniunt canonici utriusque ecclesiæ, illi collegiatæ non possunt eundem habitum deferre limitatum (pro propria ecclesia); ex qua limitatione in congressibus satis obviatur indecentiæ, et demonstratur majoritas cathedralis. » Ibi.

Porro etiam lite pendente, nec non post rem judicatam favore cathedralis contra collegiatam, ne possit deferre habitum cappæ ac rochetti, potest concedi indultum eidem collegiatæ, si habitus cathedralis sit dissimilis seu diversus. Neque obstat jus quæsitum colitiganti, etiam per rem judicatam. Agitur enim de regalibus summo Pontifici reservatis, in quorum concessione ipse utitur sua potestate, absque eo quod dependeat a privata æmulatione colitigantium : cum in hæc materia « ipse solus habeat absolutam potestatem... et passim videmus lites agitari ex defectu privilegii aut beneplaciti apostolici, quod postea partes succumbentes in via justitiæ obtinent ex gratia. » Pitonius cit. alleg., n. 8.

Insignium nomine Arma, et monumenta familiarum, Universitatis, etc., quoque veniunt. Vide verb. *Arma*.

tive. — 14. Exemptio tamen a diurna officiatura in choro ob tenuitatem redditum durat solum quousque redditus non augeantur. — 15. Collegiatæ insignis præcedit aliis non insignibus, etiamsi fuerint prius erectæ. — 16. Quamvis erecto collegiatæ insignis fuerit cum clausula *sine alicujus præjudicio*. — 17. Inter collegiatas insignes, collegiatæ antiquior, quæ habet insignitatem a jure præfertur habenti insignitatem ex privilegio posteriore. — 18. Et sic inter duas collegiatas insignes a jure semper præcedere debet antiquior. — 19. Et hoc procedit, etiamsi collegiatæ insignis posterior habeat insignia honorificentiora. — 20. Imo collegiatæ insignis antiquior præcedit insignem modernior, quamvis insignis modernior habeat usum pontificalium respectu sui abbatis, et facultatem gestandi rochetum et cappam magnam respectu suorum canonicorum. — 21. Collegiatæ insignes fere cathedralibus æquiparantur. — 22. Et quandoque præsertim in limine erectionis conceduntur collegiatæ insigni nobiliora insignia quam cathedrali. Alia ad rem ex addit. ex aliena manu a n. 23 ad n. 29.

conspicua quoad structuram materialem, et numerositatem dignitatum, et canonicorum, aliorumve ministrorum deservientium, sitque in loco seu oppido nobili, et numeroso, et peritorum copioso : cardin. de Luca, de Præemin. disc. 8, num. 14; cardin. Petra, tom. III, Comment. in Constit. 7 Innocent.

IV, n. 36; Barbosa in cap. *Transmissæ* 33, de verbor. signific., et lib. II, cap. 6, n. 15, jur. Eccles. univers., n. 15, et de Canonicis, cap. 2, n. 18, et in Trident. sess. 24, de Reform., c. 12, n. 52; Massobrius in tract. de Synod. c. 4, dub. 14, n. 9; Lotter. De Re benefic., lib. I, q. 14, n. 8; Corrad. in Prax. benefic., lib. II, cap. 1, num. 18; Ceccoper. Lucubrat. Canonic., lib. I, num. 75; Aloysius Riccius in Collect. decis., part. VI, collect. 2350, vers. *Insignis*; Mantica decis., 175, num. 2; Panimoll decis. 98, adnotat. 1, num. 24; Ursaya, tom. I, part. I, discept. 6, num. 39 et 175; Pitonius discept. 116, num. 35, et omnes alii scribentes in cap. *Statutum* 11, de Rescriptis in 6; et sic tenuit Rota decis. 29, num. 4 et 5, part. II, diversar. et part. VII, recentior. decis. 288, num. 8, et sac. congr. Rit. in Firmana 24 Mart. 1622; apud Barbosam de Canon., loc. cit., et Pitonium loc. cit. (3. Collegiatæ insignis ex privilegio dicitur illa cui a Summo Pontifice tale privilegium conceditur ut ita vocetur; Pellegrin. in Praxi Vicar. part. I, sect. 5, n. 43; Ursaya loc. cit., n. 175.

(4. Non omnis autem collegiatæ est insignis. Alia enim est insignis, et alia non insignis : card. Mantica dec. 175, num. 2; Corrad. loc. cit., a num. 20 ad 22; Panimoll. loc. cit., num. 24 et 25; Pellegrin. loc. cit., num. 13, et alii passim scribentes in cit. cap. *Statutum* 11 de Rescriptis in 6. (5. Insignis dicitur illa quæ habet supradictas qualitates enumeratas sub n. 2, quas Corradus loc. cit., num. 19, ex Rota in Mediolanen. Præposituræ, decis. 29, num. 8, part. II, diversar., reducit ad septem. (6. Prima nempe qualitas collegiatæ insignis est ejus matricitas; secunda, nobilitas et celebritas loci; tertia, antiquitas ipsius; quarta, præcedentia ipsius super alias; quinta structura sui ædificii, tam intus quam extra; sexta, numerositas ministrorum in ea inservientium; septima, multitudo et frequentia Christifidelium ad eam pro divinis officiis confluentium. Non insignis dicitur illa quæ habet exiguum numerum canonicorum, modicos redditus, et inferiorem qualitatem servitii, loci et personarum; Mantica, cit. decis. 175, num. 2; Corrad. loc. cit., n. 22; Pellegrin. loc. cit., num. 13; Pignatell. loc. cit., num. 25, et alii passim scribentes cit. cap. *Statutum* 11, de Rescriptis in 6.

(7. Insignitas collegiatæ resultat etiam ex provisionibus apostolicis de prima dignitate, cum onere assumendi gradum magisterii vel doctoratus in jure canonico intra annum. Hoc enim est signum certum et univocum collegiatæ insignis, cum iste gradus non requiratur, nisi in prima dignitate cathedralis vel collegiatæ insignis, juxta dispositionem concilii Trid., sess. 24, c. 12, de Reform., et punctualissime, quod hoc demonstret insignitatem collegiatæ, firmanunt Lotter. de Re Benefic., lib. I, q. 15, n. 9; Piton. loc. cit., n. 40; Rota dec. 29, n. 9, q. 2, diversor.

(8. Item insignitas collegiatæ probatur ex relationibus episcoporum : Rota coram Gregorio, decis. 472, num. 3, et coram Merlin.,

decis. 87, c. 2, n. 14, et in recent., decis. 469, num. 13, part. XIX, et in Comen. Canonicatus 6, Februar. 1704, § *Visa fuit, coram eminentiss. Scoto*, et in Materanen. archiepiscopatibus 27 Jun. 1707, § *Collegiatas, cor. bon. mem. Kaun.*; card. de Luca, de Præminent., disc. 52, n. 6; Fagnan. in cap. *Postulasti*, num. 14, de Jurepatron.; Piton. loc. cit. n. 37.

(9. Collegiatæ non insignis a sua fundatione seu a tempore suæ erectionis potest progressu temporis declarari insignis, maxime si augeatur numerus dignitatum, canonicorum, ac reddituum, et locus in quo fundata est evadat insignis : colligitur ex declaratione sac. congr. Rit. in Firmana 24 Martii 1622, ubi collegiatæ ecclesia S. Pauli oppidi civitatis novæ, dictæ Firmanæ diocesis, ad instantiam Ludovici Centofloreni fuit declarata insignis eo quod oppidum in quo reperitur est insigne, et reddit numerum quatuor mille habitorum, hoc est sæcularium 820, quatuor regularium conventus, et unum sanctimonialium monasterium, cum magna copia peritorum et nobilium ibi existentium : Corrad. loc. cit., n. 23, cum Mantica et Barbosa ibi citatis, et alii. (10. Unde patet quis locus sit et debeat reputari insignis, ille nempe qui, ultra conspicua et magnifica ædificia, copiosam continet nobilitatem et illustrium personarum, ac utriusque juris doctorum, aliorumque incolarum multitudinem, sicque pro tali communiter habetur, ac reputatur; Bald. in l. *Providendo*, num. 1, cod. de Postul.; Archidiacon. in cap. *Statutum* 11, col. 6, circa med. verb. *Locis Insignibus*, de Rescriptis in 6; Card. in Clementia 4, n. 28, de foro competent.; Lupus alleg. 122, num. 2, in fin.; Innocent. in cap. *Præsentis*, num. 3, de Rescriptis in 6; Corrad. loc. cit. n. 8 et 10; Tiraquell. de Nobilitate, cap. 10, n. 8, cum Felino, Alexandro, Decio, et aliis ibi citatis.

(11. Canonici collegiatæ insignis tenentur ad diurnam officiaturam in choro, quacunque consuetudine non obstante : conc. Trid. sess. 24, de Reform., cap. 12, et ex pluribus docet Fagnan. in cap. *Cum omnes*, n. 31, cum seq. de Constit.; card. Petra loc. cit. num. 27, et alii communiter cum universali praxi.

(12. Canonici autem collegiatæ non insignis, quamvis regulariter teneantur ad assiduum chori servitium, tamen ex triplici limitatione ab eo absolventur, scilicet, aut si ecclesiæ sint rurales, aut si adsit contraria immemorabilis consuetudo, aut demum si sint adeo tenues redditus, ut ipsi canonici ali non valeant, ut in fortioribus terminis obligationis residentie resolvit : sacra congreg. Conc. in Fundana 15 Octobris 1618, et fuse Fagnan. in cit. cap. *Cum omnes*, num. 31, § *Sed postea*; Garcias de Benefic., part. III, cap. 2, n. 197; Pignatell. tom. IX, consult. 114, num. 10, et consult. 134, num. 14, et tom. X, consult. 150, n. 84; Crispin., p. 2, Visitat. Pastor. § 19, n. 13.

(13. Quæ limitationes sufficit si concurrant alternative, tum ex dictione *Aut per sac.*